Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Quis qd opatus es i diebus eorum:
et in diebus antiquis. Manus tua gentes
disperdidit et plantasti eos: affli
sti populos et expulisti eos. Nec en
im gladio suo possederunt terram: et
brachium eorum non saluabit eos. Sed
dextera tua et brachium tuum et
illuminatio vultus tui: quia complacuisti
i eis. Tu es ipse rex meus et
ds meus: qui mandas salutes ia
cob. Per te inimicos nostros ventila
bimus cornu: et in nomine tuo spernemus
insurgentes in nos. Non enim
in arcu meo sperabo: et gladius meus
non saluabit me. Saluasti enim
nos de affligentibus nos: et odientes
nos confudisti. In deo laudabimur
tota die: et in nomine tuo confitebimur
in sclm. Nunc autem repulisti et con
fudisti nos: et non egrediris ds in virtu
tibus nris. Auertisti nos retrorsum
post inimicos nros: et qui oderunt
nos diripiebant sibi. Dedisti nos
tamquam oves escarum: et in gentibus dis
persisti nos. Vendidisti populum tu
um sine pretio: et non fuit multitudo
in commutationibus suis. Posuisti
nos obprobrium vicinis nris:
subsannationem et derisum his qui in
circuitu nro sunt. Posuisti nos
similitudinem gentibus: commotionem
capitis in populis. Tota die verecundia
mea contra me est: et confusio
faciei mee cooperuit me. A voce
exprobrantis et obloquentis: a facie
inimici et persequentis. Hec omnia
venerunt super nos nec oblti sumus
te: et inique non egimus in
testamento tuo. Et non recessit
retro cor nrm: et declinasti semitas
nras a via tua. Quia humiliasti
nos in loco afflictionis: et cooperuit
nos umbra mortis. Si obliti sumus
nomen dei nri: et si expandimus
manus nras ad deum alienum.
Nonne ds requiret istud: ipse enim
nouit abscondita cordis. Quia
propter te mortificamur tota die:
estimati sumus sicut oues occisi
onis. Exsurge quare obdormis do
mine exsurge: et ne repellas in fi
nem. Quare faciem tuam auer
tis: obliuiscris inopie nre et tribu
lationis nre. Quia humiliata est
in puluere anima nra: conglutinatus
est in terra uenter noster. Ex
surge domine adiuua nos: et re
dime nos propter nomen tuum.

Eructauit cor meum uerbum
bonum: dico ego opera mea
regi. Lingua mea calamus
scribe uelociter scribentis. Speciosus
forma p filios hoim. diffusa
est gratia in labiis tuis: propterea
benedixit te ds in eternum. Accingere
gladio tuo super femur tuum po
tentissime. Specie tua et pulchritudine
tua: intende prospere procede
et regna. Propter veritatem et
mansuetudinem et iustitiam: et dedu
cet te mirabiliter dextera tua. Sagitte
tue acute: populi subditi cadent
in corda inimicorum regis. Sedes tu
a deus in sclm scli: virga directionis
virga regni tui. Dilexisti iustitiam
et odisti iniquitatem: propterea
unxit te ds ds tuus oleo letitie p
consortibus tuis. Mirra et gutta
et casia a uestimentis tuis a do
mibus eburneis: ex quibus delectaue
runt te filie regum in honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis in